



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Processus Juridicus contra sagas & veneficos, Das ist:
Rechtlicher Proceß/ Wie man gegen Unholdten vnd
Zauberische Personen verfahren soll**

Goehausen, Hermann

Rintelii ad Visurgium, 1630

Condemnatoria sententia in iudices, à piis Orthodoxisq[ue]; Imperatoribus
Leone & Alexandro pronunciata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64982)

Decorative border with floral and geometric patterns.

CONDEMNATORIA
sententia in iudices, à piis Or-
thodoxisq; Imperatoribus Leone
& Alexandro pronun-
ciata.

EXistimo equidem eorum neminem,
qui iudiciario fungitur munere, eo
unquam stuporis aut inscitie proruptu-
rum, ut aliter, quam ex præscripto legum
iudicium sententiamve ferre audeat.
Quod si quis in tantam evaserit demen-
tiam, Reus peractus, eas dependeat pœ-
nas, quæ legibus sunt irrogatæ. (l. fin. C.
de pœn. iudic. c. 1. de sent. & re iudic.
in 6. Nov. iusjurandum, quod præst.
sub fin. col. 2.) *sin forte nos effugerit,*
pervigilem tamen, atque insomnem ocu-
lum, cui nihil non quantumlibet occultū
sit, patere poterit, Tametsi id ipsum im-
preca-

precationibus quoque, dirisq; execrationibus stabilire ac firmare, non absre alienum censuimus: inueniat itaque iste & Deum, & cælestes omnes, atq; incorporeas potestates sibi nunquam non adversantes: immaturè ex hac vita excidat potius, quam excedat: incommodis insuper afficiatur perpetuis: ipsius ædium fundamenta ignis tandem devoret, & prosteritas eo redigatur inopia, ut panem ostiatim queritet. Atque hæc iure sane optimo, propterea quod leges, quas liberissimas esse oportuit, servas quodammodo atque captivas effecit, fictorum pravorumque Judiciorum.



EXODI. CAP. XXII.

VERS. XVIII.

Maleficum non fines vivere.

P V B L I -